

tere obedientiam; ¹³¹ deinde jus ad distribuendam vel obtinendam praemiationem religiosis in rebus disciplinae regularis; ¹³² similiter administrationem fundorum conventuum sibi arripere intendit subducens ea e potestate definitiorii; ¹³³ pariter voluit sibi jus nominandi parochos; ¹³⁴ insuper tentavit introducere alium clerum. ¹³⁵

His demonstratis, iterum redit consultor ad patronatum Franciscanorum quaerens modum, ne ab episcopo denuo eludatur. Propterea, S. Congregationi sequentem modificationem decretorum anni 1837 proposuit: ut revocetur decretum hujus anni de stabili residentia episcopi in conventu de Sutjeska; quoad parochiarum erectionem, ne ei ad id facultas detur sine consultatione definitiorii et S. Congregationis; quoad auctoritatem ejus in visitatione sequentem proposuit modificationem decreti de a. 1660: »Sembra ... perciò doversi dare all' art. 5 del decreto di 23 Febbrajo 1660 una più chiara o circoscritta interpretazione sia quanto alle persone che alle cose, la quale valga a conciliarle colle successive deliberationi parimente date da questa S. Congregazione doppo quell' epoca, e decretarsi perciò che debba intendersi *respectu regularium missionariorum, tantum in iis quae concernunt curam animarum et sacramentorum administrationem*; e riguardo alle cose *quoad altaria in parochiis, sacras suppellectiles, olea sacra, libros parochiales et onera missarum*; ¹³⁶ deinde, ut exortatio de separatione officii guardiani ab illo parochi derogaretur et ut lex de sexennali duratione in officio parochiali modificaretur, cum pro nunc impossibilis

¹³¹ »... intaccò... la dipendenza dei sudditi dai proprii superiori col far promettere a se stesso un' illimitata ubbidienza« Archivum Prop., Acta, 1841, v. 204, f. 401r.

¹³² »... intaccò... il diritto di premio e di poena negli oggetti di regolare disciplina...« Ibidem, f. 401r.

¹³³ »... intaccò... l'amministrazione dei fondi conventuali e pretese rendere a se stesso e non al definitorio subordinata«. Ibidem, f. 401r.

¹³⁴ Laesit jus eligendi parochos: »L'elezione dei parroci«. Ibidem, f. 401r.

¹³⁵ Laesit jura Franciscanorum, »per iniziativa di domande l'introduzione di un'altro clero...«. Ibidem, f. 401rv.

¹³⁶ Archivum Prop., Acta, 1841, v. 204, f. 407v.